



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 32. S. Godefridus Episcopus Ambianensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII.

A.C. 1104

§. XXXII.

S. Godefridus Episcopus Ambianensis.

vit. lib. I.

c. 1. 2. &c.

c. 17.

c. 18.

Godefridus, nobili genere in illa provincia ortus, quinquennis puerulus ad Monasterium S. Quintini prope Peronam ducitur, & Disciplinæ Abbatis Godefridi traditur, quem Abbatem suis ad Deum precibus obtinuisse credebant parvuli Godefridi parentes, ut sibi hic filius nasceretur. Cum deinde ad annum ætatis vigesimum quintum pervenisset, eum Abbas a Ratbodo Episcopo Noviomenfi Presbyterum ordinari curavit. Postmodum Godefridus ex consilio Dynastæ Cuciensis, Episcopi Laudunensis, Archiepiscopi Remensis, ac illius provinciæ Episcoporum, ad regendam Abbatiam Nogentensem infra Cuciacum deligitur. Rex quoque hanc electionem approbavit, datisque litteris Godefridum ex Monte S. Quintini evocari jussit, acerrime dolente monasterii Abbate, qui egregium juvenem tanquam scipionem senectutis suæ diligebat, sibi Successorem destinabat. Nemo autem magis ipso Godefrido reluctabatur, quod juvenis esset & tanto ponderi, ut ajebat, sustinendo impar. Nihilominus Laudunum ab Abbate suo deductum Helinandus Episcopus Benedictione Abbatiali consecravit.

Nogen-

Nogentum adveniens Godefridus Sæcul. XII.
 Congregationem non pluribus quam sex A.C. 1104.
 monachis constantem, & muros undi-
 que pæne collapsos invenit. At ipse
 ædificia restauravit, & Regularem revo-
 cavit disciplinam; unde post breve tem-
 poris spatium monachorum numerus
 crevit, & duo Abbates, relictis suis mo-
 nasteriis, se Godefridi disciplinæ subjece-
 runt. Non minore solertia res externas Guibert. no-
 expediebat, quam monasticæ Disciplinæ vig. II. de
 invigilabat; unde rem domesticam ex vit. S. c. 2.
 privatorum beneficiis multum auxit.
 Oblatas sibi Abbantias Nogentinensi pin-
 guiores accipere noluit, & tandem Epi-
 scopali fastigio dignus habitus, Remis vit. I. c. 32.
 consecratus est a Manasse Archiepiscopo, c. 2.
 assistentibus illius provinciæ Episcopis,
 atque inter alios Lamberto Attrebatensi,
 & Joanne Teruanensi, qui, Godefrido
 arctissimo amicitiaæ fœdere juncti, Am-
 bianum intrantem honoris & obsequii
 causa comitati sunt.

§. XXXIII.

Concilium Balgenciense.

De Regis absolutione a Censura ex-
 communicationis actum est in alio
 Concilio, quod Richardus Papæ Legatus
 eodem anno millesimo centesimo quar-
 to Balgenciaci celebravit. Res hujus ep. 144.
 Concilii plane ignoraremus, nisi Ivonis